

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ipocrisis 1  
cum fonte primo

Quia multi simulati et ficti, ideo  
difficile inuenitur in quo cor et facies,  
id est operatio atque  
doctrina, in bono conueniant.  
Cum autem hoc inuenies da gloriam  
Deo quia hoc eius donum est.

Glossa super illud Ecclesiastici XIII.:  
Vestigium cordis boni et facientis  
bonum difficile inuenies.

**Uestigium cordis et cetera.**

Quia multi simulati et ficti. ideo  
difficile inuenitur. in quo cor et facies  
id est cogitatio et operatio. atque  
doctrina in bono conueniant  
cum autem hoc inuenies da gloriam  
deo. quia hoc eius donum est.

*Glossa ordinaria, liber ecclesiastici,*  
13.32 (Biblia Latina cum glossa  
ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg,  
1480).